



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorm Detestationem,
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1649

§. 14. Ex ira quantæ clades?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49161)

filium duntaxat & patrem interemit in desperationem versa; sed etiam causa fuit; ut infans mergeretur, & ipsa denique mater, totius se faceret calamitatis appendicem, ita vitæ prodiga, ad eam naturæ oblita, ut nec barbarus ex triuio id vnquam facturus fuisset.

Tristis est hic euentus & dignum tragœdia argumentum, qua Orestes, aut Oedipus ageretur. Sed nec à quotidianis moribus alienus. Quid enim ira non dicit? quid non facit? nunquam nisi infixio aculeo fugit, more vesparum, aut crabronum, quos quispiam irritauit. Profectò ita est, si effectus eius damnosus intueri velis, nulla pestis humano generi pluris stetit. Videbis cedes ac venena, & reorum mutuas sordes, & urbium clades, & totarum exitia gentium, & principum, sub civili hasta capita vanalia, & subiectas tectis faces, nec intra mœnia coercitos ignes, sed ingentia spatia regionum hostili flamma relucentia. Aspice nobilissimarum ciuitatum fundamenta vix notabilia: has ira deiicit. Aspice solitudines, per multa millia, sine habitatione, desertas: has ira exhausit. Aspice tot memoria proditos duces, mali exempla fati. alium ira in cubili suo confodit; alium inter sacra mensa ira percussit; alium inter leges celebrisq; spectaculum fori lancinavit; alium filij

T 2

parri-

XIV]

EX IRA
QUANTAS
CLADES?
Seneca
lib. 1. de
ira. c. 2.

parricidio dare sanguinem iussit; alium seruilii manu regalem aperire iugulum; alium in crucis membra dividere. Et adhuc singulorum supplicia narro. quin, si tibi libuerit, relictis, in quos ira viritim exarsit, aspice casas gladio conciones, & plebem immisso milite contrucidatam, & in perniciem promiscuam totos populos capitis damna passos.

XV.
IRASCEN-
TIBVS OM-
NIA PLE-
NA.

Sabellic.
 l. 19. c. 3.
 Niceph.
 l. 12. hist.
 Eccl. cap.
 40 Si-
 gon. de
 Occid.
 Imp. l. 9.
 Baron.
 An. 390.

Nec apud Ethnicos hæc tantum ira gefit. Etiam apud Iudæam gentem extant varia & atrocita huius vitij exempla, & in ijs illud Sanelis regis, qui ob Davidem quem infensè oderat, quia apud Amalechum fugiens ille in hospitio fuisset, regia ira ignarum non solum hospitem ipsum, sed Nobeam etiam hospitalem urbem incendit, ciuibusq; omnis sexus & ætatis ferro deditis. Fuitq; miserabilis illa clades eò calamitosior, quòd quinque & octoginta sapientia & diuinatione illustres viri Abimelechi causa extremo sint supplicio affecti. Dominatur etiam sæpe in Christianos, adigitque eos agere minimè Christianè. Notum est, Theodosium Imp. Thessalonice, ob vnus ex aulicis, in populari tumultu, occisionem, adeò excanduisse, vt septem ciuium millia, spectaculorum exhibendorum specie, vnum in locum congregata, inaudita barbarie, occidi iusserit. Notum, quoties hodieque in